

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolice ministerii, quod nobis, licet immerentibus, im-

Cum itaque dilectus Filius noster Ludovicus S. R. E. Car-

I. Primum igitur cum a Patribus memorati Concilii Tri-

II. Et tam in his, qui ad primam Tonfaram, quam in a-

III. Cum autem Clerici, qui in Episcopaliibus Seminariis

ram Dioecesis, nec non ipsos generalibus dumtaxat totius

IV. Præterea cum maxime deceat, eos, qui propius ad Sa-

V. Quod si Dominicum in una Dioecesi habentes, Beneficium

VI. Porro ad faram, testatque servandam Ecclesiasticam

VII. Sed & cum Personæ Ecclesiasticæ nunquam satis in

aut exemptio, aut appellatio, aut casuscumque Judicis inhibito

XII. Verum, quia non satis Animarum cura, & necessitatibus

XIII. Cum ad prescriptum quoque Trid. Synodi Episcopis in

XIV. Præterea, ut Claustralis quoque disciplina vigor illibatus

XV. Quoties vero Regularis ad Ordines erunt promovendi,

XVI. Episcopi in omnibus Mulierum Monasteriis sibi subiectis

XVII. Perpendentes etiam Christianæ Reip. in primis expedi-

* exceptas, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confessores ipso jure suspensos esse. Nos eandem Constitutionem approbantes, confirmantes, & innovantes declaramus insuper praedictis Sacerdotibus tam Regularibus, quam Regularibus ad Confessiones expiendas, vel ex vi praedictae Bullae Cruciatæ, vel ex quocumque alio privilegio ecclesiæ suffragari minime etiam ex quoque alio privilegio licet ab Episcopo illo, qui aliquando fuit Ordinarius Locorum, in quo Confessiones audiende sunt, sed talis tunc temporis auctoritate non existat, vel quia ab humanis excessibus, vel Episcopatu renuntiaverit, vel quia ad agram Ecclesiam auctoritate Apostolica translatus reperitur; sed necessarium omnino esse illius, qui actualiter, & pro tempore Ordinarius Jurisdictionem in ea Diocesi exerceat, approbationem. Hoc tamen infringere etiam tacita, eaque ad effectum censetur, quousque procedens licentia, sive approbatio duret, & revocata ab eo non fuerit; in quo casu nova, & expressa impetranda erit illa procedente obtenta, vel pro temporis adscripti lapsum expiraverit, vel per posteriorem revocationem sublata fuerit.

* XVII. Meminerint quoque Regulares, se excipere non posse Confessiones Mortalium, tametsi eorum regimini, & gubernio subiectæ sint, nisi ultra licentiam suorum Praetorum Regularium præcedat examen coram Episcopo Diocesano faciendum, ejusque specialis quoad Confessiones dictarum Mortalium approbatio, remota quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.

* XIX. Cumque ex eodem Concilio Trid. Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Mortalibus debeat, qui omnium Confessiones audiatur; si in posterum Superiores Regulares quoad Mortalia ipsius subiecti toties prædictum extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id munus elegerint Sacerdotem, aut Secularem, aut Regularem alterius diversis Ordinibus Professore: in his casibus Episcopi pro suo arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi facere possunt, nec illa quovis titulo, aut prætextu a Superioribus Regularibus valeat impediri.

* XX. Episcopi insuper abusus omnes, qui in Ecclesiis, aut Sacularibus, aut Regularibus contra præscriptum Cæremonialis Episcoporum, & Ritualis Romani, vel Rubricas Missalis, & Breviarii irreperunt, studeant omnino removere. Et si adversus ea, que in dicto Cæremoniali statuta sunt, & consuetudinem, etiam immemorabilem allegari contingat, postquam recognoverint, aut eam non satis probant, aut etiam probant infrascriptam, utpote irrationabilem, aut contra iustitiam, aut rationem, aut in dicto Cæremoniali constituta sunt diligenter incumbant, nec ulla suspensiva appellatio admittatur.

* XXI. Sedulo pariter caveant inquit Episcopi, ut eliminenter abusus, si qui forsitan tam quoad Ecclesiasticos Saculares, quam quoad Regulares induci fuerint adversus Concilii Trid. Decretum de observandis, & evitandis in celebratione Missarum *sess.* 22. & contra Regulares, si opus fuerit, procedant ad Apostolicam delegationem in eo Decreto ipsius indulta, postposita quacumque appellatione suspensiva; sed folum reservata in devolutivo super quocumque dubio, quod excitari contingerit, declaratione Congregationis pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium memorati Concilii Interpretum.

* XXII. Cumque circa Missarum celebrationem in privatis Oratoriis, nec non circa usum Altaris gestatorii a secol. memor. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam Nostro opportuno Decretum promulgatum fuerit die 15. Decemb. an. 1703. Episcopi dent operam ut omnia ibidem statuta etiam in Regnis Hispaniarum serventur: idemque Decretum in suis respective Diocesis, ut facilius omnibus innotescat, publicari faciant, addita etiam prohibitione, ne in privatis Regularium Cellis, sive Cubiculis quorundam aliarum pro se facta ibidem faciendæ, & contra exigentiam contravenientes Censuris etiam Ecclesiasticis procedant, adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apostolicæ in memorato Decreto ipsius delegata, remotaque quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto Decreto statuitur, non licere Episcopi extra Domum propriæ habitationis in Dominicis Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non fit de Dominicis etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte occasione Visitationis, vel itineris hospitio excipiuntur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permittis, vel de specialis Sedis Apostolicæ licentia abentes a Domo propriæ ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena Domo pro modum similis habitationis: his enim casibus licita iis enteretio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non fecit, ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.

* XXIII. Præcipimus quoque accurate attendi, ac adimpleri quacumque alia præscribuntur in eisdem Generalis Synodi *sess.* 25. de Regularibus, & Mortalibus. Cumque in c. 25. amplissime derogetur omnibus contrariis privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non Constitucionibus, & Regulis etiam iuratis, atque etiam consuetudinibus, vel Præscriptionibus, etiam immemorabilibus; sciatis omnes derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri, que in prædicto capite continentur, sed etiam ad alia, que in singulis Superioribus Capitulis eisdem sessionis constituta sunt.

* XXIV. Ad hæc, ut recta in iudicis ratio servetur, præcipimus, quod ubi in Causis Criminalibus Ordinariæ Locorum in Regnis Hispaniarum procederint ex Officio, hoc est non ad illius querelam, sive accusationem, si ab eorumdem Ordinariis sententis appellatio, vel ad Sedis Apostolicæ Nuntium, vel ad Metropolitanum interposita fuerit; tum

(ne aliquin si nullus Actoris partes gerat, delinquentes poenam ius criminibus debent effugiant) Procuratores Fideles Tribunalis Nuntiarum Apostolicæ, & respective etiam Curie Metropolitanæ, instantias, alioque adus desuper sententias peragant, & prosequantur, ut prædictæ Ordinariarum sententiarum confirmationem, & executionem obtineant. Quod si dictis Procuratoribus Fideles non citatis, & inauditis, contrarias sententias in gradu appellationis profertur contigerit; ille profusus nullus la sint, ac irritæ cum omnibus actibus, nullumque foris effectum, quinimo præcedentes Ordinariarum sententiarum executioni mandentur perinde ac si appellatio ab iis interposita nullatenus fuisset.

* XXV. Ceterum cum generaliter circa appellationes, & inhibitiones factis provilum fuerit per Constitutionem pie mem. Innocentii Papæ IV. Prædecessoris etiam Nostri in c. Romana ac etiam per Decreta Concilii Trid. itemque alia edita die 16. Octob. 1600. per Decreta Negotiorum, & Consultationis Episcoporum, & Congregationis præpositæ, & a præfato Clemente VIII. confirmata, & Regularium præpositæ, & a præfato Clemente VIII. confirmata, ac demum etiam alia promulgata tempore Pontificatus similis mem. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris itidem Nostri, die videlicet 5. Sept. 1626. volumus, & mandamus, quod quidquid in omnibus memoratis Constitutionibus, & Decretis itatur, diligentiissime per omnes iis comprehensis observetur in Causis ad Curias Ecclesiasticas pertinentibus in Regnis Hispaniarum, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, vel quovis privilegio, aut illo concedendi etiam quascumque inhibitiones nuncupatas temporarias, penitus excludo.

* XXVI. Quo vero ad Iudices Conservatores, & modum, ac facultatem procedendi in Causis Civilibus, que ad eorum cognitionem pertinere possunt, in violatè cultodienda est norma præscripta in Constitutionibus *sess.* Innocentii IV. Alexandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum hac de re editis, nec non in Decretis Concilii Trid. sub penis ibidem contentis, quas presentem etiam Nos innovamus, & confirmamus; hoc etiam addito, ut iidem Iudices Conservatores, & Mandatores eorumdem executores exhibere debeant Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis litteras seu deputationes, quarum vigore procedere intendant.

* XXVII. Enixe denique, & ex intimo Paterni cordis Nostri sensu omnes religiosissima Hispanica natione monemus, ut memores sint, teneri se exacte, firmiter, & cum effectu observare etiam omnia, & singula in ceteris omnibus eisdem Trid. Concilii Decretis sancita. Et ne eorum executioni posthac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, ac declaramus, nullum pro impedienda, aut suspendenda executione Conciliarium functionum ejusmodi, aut Decretorum, que ab Ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, que in ipso Concilio statuta sunt infrascripta, ac debere contrarium Privilegium, quod ante prædicti Concilii promulgationem a Sede Apostolica obtentum fuerit, nisi etiam post ipsum Concilium fuerit in forma specificata ab eadem Apostolica Sede confirmatum, vel noviter concessum; itemque oblatè non posse ullum Statutum, vel Concordiam, que a prædicta Apostolica Sede specialiter confirmata non sit, neque quocumque longævum non usum, aut contrarium consuetudinem, vel præscriptionem etiam cæternam, vel immemorabilem, nisi forsitan præfate consuetudinis, aut præscriptionis materia capax sit, & insuper consuetudo, aut præscriptio immemorabilis probata jam sit admitti a competenti Iudice per tres sententias conformes, vel per unam, que in iudicatum transferret, nec demum quacumque Appellationem, sive inhibitionem, etiam temporariam, reservatè duntaxat recurri in devolutivo ad memoratam Congregationem Cardinalium eisdem Concilio Interpretum; quibus etiam tanquam Executoribus presentium Nostrorum litterarum, non solum committimus, & mandamus, ut eas, ipsarumque Decreta, & Ordinationes omnes, penitus, & inviolabiliter observari faciant eadem potestate, que iisdem Cardinalibus a Sede Apostolica tributa est pro executione Decretorum memorati Concilii, sed etiam privative facultatem impertimur, quoadcumque opus fuerit interpretandi, explicandi, ac declarandi eandem nostram Constitutionem, omnesque, & singulas ordinationes in ea contentas (exceptis his, que ad Cæremoniale Episcoporum, Ritualis Romanum, & Rubricas Missalis, & Breviarii pertinent) quatenus illis dubiatis aliqua, aut difficultas emerit; nec retardata tamen interim illarum executione, adeo utante huiusmodi executionem nec ullus recurri ad eandem Congregationem Cardinalium, nec ulla super quovis Dubio consultatio promoveri possit. Decretis vero, & Declarationibus prædictæ Congregationis facienda postquam nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis approbatio accesserit, statim quocumque reclamatio, aut consultatio omnino cessare, perpetuumque silentium desuper impositum cæteri debeat.

* Decretis pariter eandem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces exilire, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quoadcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime iustitiam, & ab eis respective inviolabiliter, & inconculsè observari debere. Sicque, & non aliter per quocumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfate Nuntios, aliove quolibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes, & potestate fungentes, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & desumri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

* Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus fit Nostri, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de iure qualito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus, Apostolicis, nec non quorumque Ordinarum, Congregationum, Institutum, &

* Societatum, etiam Jesu, & quorumvis Monasteriorum, Conventuum, Ecclesiarum, Locorum Piorum, aliisque, quibusvis etiam iuramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumque longissimis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, Institutis, & Litteris Apostolicis, Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, ac Monasteriis, Conventibus, Ecclesiis, & Locis Pius prædictis, illorumque respective Superioribus, aliisque quibuslibet Personis, etiam specialissima mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ Potestatis plenitudine in genere, vel in specie, seu alia quomodolibet in contrarium permittorum concessis, & confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificata, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem presentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in iure robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

* Volumus autem, ut eandem presentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, que ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

* Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Pifatoris die 13. Maii 1723. Pontificatus Nostri anno secundo.

* afficere, ac si unicusque eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent.

§. VII. Utque ipsarum Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, que eisdem parentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

* Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Pifatoris die 13. Maii 1723. Pontificatus Nostri anno secundo.

§. II. Cum autem, sicut accepimus, tametsi præmissa a memorato Innocentio Prædecessore, maturo, ac saluberrimo fuerint constituta, & ordinata consilio, illa nihilominus, neque plenarie executioni, ut par erat demandata fuerint, adeo proinde de optatos fructus usquequaque proferre valuerint: Hinc est, quod nos probe considerantes, nihil magis alios ad veram eorum vitam, & exemplum, qui se divino Ministerio dedicant, & feliciter progrediantur, si Clerus illi prædicat, ac suam rem pium, & salutarem finem tendentium subsistentia, ac hunc tam pium, & salutarem finem tendentium subsistentia, cum Domino postsums, Pastoralis nostra cura, & sollicitudine consolare cupientes, præfatas Innocentii Prædecessoris Litteras, & quacumque in eis constituta, ordinata, sancita, decreta, & declarata, ac alias quomodolibet contenta, & expressa, auctoritate Apostolica, & tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, & de novo constituimus, innovamus, ordinamus, sancimus, decernimus, & declaramus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiacimus.

§. III. Nec non tam dilecto Filio Nostro, & Sedis præfate in Regnis Hispaniarum Nuncio nunc, & pro tempore existentis, quoad ea, que ad ipsum, ejusque Tribunal pertinent, quam Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Locorum Ordinariis, & Superioribus, ac etiam dilectis Filiis utriusque Clero, Saculari, & Regulari eorumdem Regnorum ditricte, ac sub interminatione Divini Iudicii, auctoritate præfata, hanc serie præcipimus, & mandamus, ut illa omnia, & singula omni modo, dilatione, & cunctatione sublata, debita obedientia exequantur, & accurate, & exacte servant, & faciantque respective illa ad iis, ad quos spectat, & quoadcumque spectabit in futurum, eadem auctoritate omnimodæ executioni demandari, & inviolabiliter observari.

§. IV. Decretentes pariter ita in præmissis per quocumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & dicte Sedis Nuntios, aliove quolibet, quacumque præminentia, & potestate fungentes, & funturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & desumri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. V. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, que prædictis Innocentius Prædecessor in Litteris suis præfatis voluit non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. VI. Ut autem eadem presentes Litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Flore de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari: Sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos ille concernunt perinde arctari, &

§. VIII. Utque ipsarum Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, que eisdem parentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

* Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Pifatoris die 23. Septembris 1724. Pontificatus Nostri Anno primo.

§. 10. Habens coadjutorem, non ideo excusatur a residentia, 727 uti de Parocho declaravit S. Congreg. apud Caltrap. num. 12. Vide dicenda num. 867. E contra coadjuto legitime impedito quominus interfit v. gr. choro, non ideo excusatur coadjutor, quia datus est, ut supplet in necessitate, Farin. Caltrap. p. 10. a num. 6. Si tamen ablit etiam coadjutor, & coadjutus sit legitime impeditus, habetur pro præfente, & fruatur omnibus, ut alius non habens coadjutorem, cap. unic. de Cleric. non resid. in 6. Nav. Gonz. Garz. Caltrap. num. 9. & 45. Similiter fit coadjutor sit legitime impeditus, censetur pro coadjuto esse præfens, Grat. Gonz. Garz. Caltrap. n. 15. id tamen non tenet, si vellet abesse ratione studii in Universitate, aut servitii præstandi Episcopo, nam hoc privilegium non refertur conceditur tantum illis, qui ratione beneficii sui renentur residere, coadjutor autem non tenetur ratione beneficii, sed officii, Garz. Caltrap. num. 40. Adde num. 41. coadjutorem residentem in Cathedrali posse lucrari fructus beneficii in alia Ecclesia, licet hoc alioquin requiratur residentiam.

§. 11. Si Coadjutus ob excommunicationem esset incapax fruendi, coadjutor potest eos lucrari, non coadjuto, sed sibi, quia tunc non servit nomine coadjuti, sed nomine Ecclesiæ, secundum ordinationem Papæ, Garz. Caltrap. num. 16.

§. 12. Habens coadjutorem cum futura successione pro certo beneficio, non potest optare aliud loco illius, nisi coadjutori sit data facultas etiam in optione succedendi coadjuto, alioquin gratiam coadjutori facta fieri frustranea, Gonz. Caltrap. num. 28. hinc etiam ab alio optari non potest Præbenda, qua vivo coadjuto erat adjudicata coadjutori, Garz. Caltr. num. 29.

§. 13. Coadjutor potest per seipsum renuntiare sine consensu Papæ, sed non potest dimittere obligationem servitii sine consensu Papæ; sufficit tamen consensus Ordinarii, si coadjutus consentiat, Paris. Garz. Caltrap. num. 21.

§. 14. Si quis accipiat possessionem beneficii incompatibilis cum ministerio coadjutoris, hæc eo ipso vacat, Clem. gratia, de Rescript. Censuris renuntiare gratis, ut de Beneficio vel dignitate providendis, si ante ademptionem ejusdem ad Beneficium pacifice obtinens, quod simul de iure cum dignitate vel beneficio, virtute dictæ gratiæ sibi debito retinere non posses, licet illud resignaveris, aut sis resignare paratus, Garz. Caltrap. num. 30.

§. 15. Coadjutor potest etiam per substitutum præfere ea, 732 quæ potest per seipsum, & facit tanquam coadjutor, v. gr. potest alicui committere, ut pro se eligat, quia ut illa agat, habet ab Ecclesia, & non a coadjuto: ergo potest delegare alteri, Garz. Caltrap. num. 35. Et quidem potest talis coadjutor habere duo vota, unum de se, si habeat v. g. dignitatem in illo capitulo, alterum ratione coadjuti, Caltrap. num. 37. Quod si sit coadjutor dignitatis & canonicatus, potest coadjutor relinquere votum ratione dignitatis, & dare suum ratione canonicatus, Garz. Caltrap. num. 38.

§. 16. Quamvis coadjutor reipso non haberet dignitatem vel canonicatum, tamen potest esse Iudex Apostolicus vel synodalis, quia habet prerogativas talium, quorum est coadjutor, & factio- nis juris censetur talis, Gonz. Caltrap. num. 29. contra Garz. Videtur possunt plura apud Garz. p. 4. cap. 5. a num. 55. Caltrap. *tit.* p. 9. & 10. Pignat. tom. 4. *consult.* 185. Leut. in speciali tract. de coadjutoris, sub titulo, de Vicariis Episcopis.

ARTICULUS III.

Quæ intentio, & qualitates requirantur ad Beneficium accipiendum.

Resp. 1. Ut beneficium aliquod valide, & licite obtineatur, requiritur, ut sit persona capax & habilis, hoc est, ut sit Clericus, non illegitimus (cum quo tamen Episcopus dispensare potest ad Ordines minores, & beneficium simplex, cui Ordo major non est annexus) non irregularis, non excommunicatus, non improbus aut facinorosus, ut habeat scientiam competentem ad munus beneficium annexum, & ætatem legitimam, nisi dispensetur, scilicet pro beneficio simplicis anno 14. (sufficit tamen 14. inchoatum, docet Dian. p. 3. t. 6. r. 64. ex Azor. & alii 5.) pro eo, quod Subdiaconatum, requirit, vigesimumprimum; pro eo, quod Diaconatum, 22. pro eo, quod Sacerdotium, vigesimumquatuor inchoatum, colligitur ex Trident. *sess.* 22. c. 20. In his tamen & similibus casibus multi excusantur; vel quia illud, vis ubique non est receptum; vel quia bona fide tres annos fuerant in possessione, que velati usucapionem & dominium parit. Ita Less. lib. 2. cap. 34. d. 20.

Resp. II. Qui recepit beneficium quodcumque habens annexum Ordinem Sacrum, tenetur habere voluntatem, saltem conditionatam clericandi, & Sacrum Ordinem accipiendi, intra tempus a jure requisitum, Laym. cap. 14. Less. d. 26. Ratio est, quia suscipiens officium, cui obligatio est annexa, omni modo se habilitare tenetur. Imo si curatum seu Parochiale est, habetque intentionem Sacerdotium intra annum non suscipiendi, sed Parochiam dimittendi, non tantum mor-

